

præfert cetera spei perfecta, daturaque felicitatis .
Vix bona licet cordis nostri capium replere possent,
merentur ne vera appellari bona donec illorum per-
fectio ad breve temporis spatium est coarctata,
quod nihil est habita ratione aternitatis, quo ten-
dit? P. Segneri Meditatio.

Tempus quo
vixere debemus
nihil est
in comparatione
aeternitatis.

Juxta modulum nostram imperfectum omnia con-
cipiendi trisarium tempus partitur, in præsens, præ-
teritum, & futurum. Sed in primo fallimur. Præ-
teritum loquendo non subsistit; nam tunc quo-
que cum dicimus esse non est, sed præterit. Secus
torquentem sedentes ostendimus aliquem ex fluctibus
ejus certo in loco. Fallimur: fluctus hic non est
amplius in loco, quem indignitatem, sed torrentis
periclitata rapit infra longe defluxit. Ita tempus,
& multo celerius adhuc labitur, & defluit tempus,
ita ut nihil sit nobis fixum, & præsens. Præsens in Deo
tantum est, apud quem non datur vicissitudinis obum-
bratio. Quam ob rem Propheta non meminit nisi
præteriti, & futuri: *Cogitavi dies antiquos, & annos
a ætate in mente habui.* Non cogitabat præsens, vel
quia hoc nihil est, vel quod adeo parum est, ut ne
cogitari quidem mereatur. Præsens parum nihil est
aliud, quam instantis, & punctum: *Qualium hypocry-
sæ ad instar puncti Job 20.* Ad hoc Sanctus vir Job
redigunt vitam præsentem, atque delicias, quæ ibi
gustantur: *ad instar puncti.* Hac mente dicebat Ec-
clesiastes cap. 9. *Quodcumque facere poterit manus tua,
instanter operare, quia præteritum non est amplius
tuum; & futurum fortasse non erit: Pater Segneri.*

David non cogitabat simpliciter futurum, sed aterni-
tatem: *& annos aeternos in mente habui.* Nos sitan-
tes futuros; nam licet omnes anni, qui nobis erunt
æterni, futuri sint, nihilominus omnes anni nobis fu-
turi, non sunt æterni. Anni, quibus in hoc mun-
do supersites futuri sumus, futuri quidem sunt, &
exiguo sane temporis spatio continentur; anni, qui
illis succedent, ipsi quoque futuri sunt, sed eorum
numerus est infinitus. De his cogitabat Propheta,
cui etiam & nos, ut ille, cogitemus, ut ille præte-
ritum, & aternitatem. Præteritum quidem, ut vi-
deamus quam periclitata effluxerit, aternitatem
vero, ut recordemur, annos nunquam cessaturos,
quo minus flant. Cogitantes plerique dies nostros
jam effluxisse, estimabimus annos æternos, qui nul-
lum finem sunt habituri; cogitantes vero annos æter-
nos, contemnemus nostros hosce dies, qui adeo ce-
leriter præterierunt, ideoque & mundana hæc, que
præteribunt universa. Sed duplicem hæc cogitatio-
nem nequaquam sejungamus, ut nobis aque profint,
ac Propheta: *Cogitavi dies antiquos, & annos æternos
in mente habui, idem.*

Tempus quo
vixere debemus
nihil est
in comparatione
aeternitatis.

Quamvis vivere deberem non annos octuaginta,
sed mille, quid sunt mille anni cum aternitate col-
lati? Nihil tere; *tantquam dies hesternæ que præterit:*
Quomodo ergo præferam fluxa, & fragilia ista, que
nullam sunt finem habitura? Volumus ne cognosce-
re quanti nobis faciendum sit id, quod est æternum?
Admoveamus hoc tempori, quod præterit, & nobis
metipsis dicamus: Cum post obitum meum mille sa-
cula effluxerint, quid deinceps erit de me. Tunc
alios mille oportebit incipiam; eademque semper re-
dibit ratio, quin illius finem conspiciere valeam.
Quomodo ergo negligam, quod æternum est, ut ad-
hæream illi, quod præterit? Confer tempus, atque
aeternitatem, utrumque simul, ac certissime utriusque
pretium cognosces. Cogitans præteritum, fluxa bona
parvipendes; cogitans annos æternos, bona futura
constabaris. P. Segneri in Medit.

Tempus nobis auctor ab illis cum quibus vive-
re tenemur. Alii amici sunt, & officiant, ut terra-
nus tempus inanius colloquimur, & nugis, quibus
interdicendum est, etiam si isdem effemus displic-
turi; alii sunt inimici, nobisque tempus furcipiunt
per occasionem litium, ac jurgiorum, per ea, que
nobis negotia facessunt, atque per necessitatem, in
quam nos adducunt injuriam propullandi, eorumque
libris resistendi. Verum ad harum contentionum,
que nonnumquam in omne vita spatium perseve-
rant, cursum inhibendum, ne dubitemus de juribus
nostris, bonis, exitimatione queque aliquid deperi-
re. Perde aliquid, Sanctus Augustinus ait, *ut redi-
mas tempus, quo vaces Deo.* Quam sapiens hoc effa-
tum est, sed quotusquisque illud assequitur? Nul-
lum est temporale bonum, quod plus non fiat ipso
tempore, & nihilominus temporis pretium toto coe-
lo cetera quecumque vite bona excedit. Omnibus
enim mundi bonis exatus adhuc æternam mihi va-

leo comparare felicitatem, si tempus adit, quod si
defuerit, hoc facere ne, uo. P. Segneri.

Si quid in gloria Beatis meritorum afferre possit,
dolerent sane, se amississe sexcentos beatitudinis gra-
dus, quos perfectiori tempore usa in hac vita inuis-
seat adepti. Vos autem modo hoc tempus habetis,
& hoc vobis eripi patiemin? Sitis, in quo estis,
audeo dicere, dignos est, cui ipsi invident Beati;
potestis enim semper meritorum copia crescere, a-
deoque augere mensuram gloriæ, que vobis in altera
vita promittitur. *Dum tempus habemus, operemur
bonum, dicebat Apollolus ad Galatas Galat. 6. Fi-
lii, conserva tempus, addit Ecclesiasticus, Ecl. 4, nam
tempus perperam insumentes dupplicem jacturam facis:
Amittes quidem mercedem appositam sancto tempori
impendio, & mereris penam malo temporis
usui debitam. Tempus vite punctum est, si cum æ-
ternitate conferatur; totum igitur vite spatium mo-
dicum est mihi ad æternam beatitudinem comparan-
dam. Igitur sum imprudens, & nequam eo, quod
illud hæstus in tot inutilibus rebus prodegerim.
Viator sum, qui secus viam constitutus ad terminum
pervenire nequit, nisi quam maxima utatur perni-
citate. Non ultra, Domine, vel unum momentum
amittam eorum, que mihi adhuc largiri dignaris
ad celestem Patriam adipiscendam. P. Segneri in Medit.*

Tempus nimis pretiosum est, ut dies in pretio
habendi non sint. Propter abutum temporis dumtaxat
dies mali sunt. Hoc nobis innuere voluit Apo-
stolus per hæc verba: *redimentes tempus, quoniam dies
mali sunt.* Inestimabile temporis pretium cognosce-
ndum esset, ut intelligeremus quanta calamitas fit
eodem habuit, Tempus est nefcio quid adeo pretio-
sum, ut omnia mundi bona, honores omnes tanti
non sint, quanti momentum, & licet unum dum-
taxat momentum insumptum fuisset in omnibus ter-
rarum opibus acquirendis; præterea nihil aliud lu-
cratus fueris, dicere potes, te coram Deo, qui
sanum de rebus omnibus fert judicium, tempus
tam amississe. Nullus in inferno reprobus est,
qui omnia mundi regna, atque opes, si earum
dominus esset, tribueret, redempturum momentum
temporis illius, quod in nugis perdidit, & quod
ipsi etiam perdidimus. Concipiamus si fieri potest,
quid sit gratia, pretium sanguinis, & mortis JESU
CHRISTI. Concipiamus quanti valeat possessio Dei
in Beatorum sede. Tempus ideo nobis datum est,
ut in singula momenta crescamus in gratia, & ut
gratia ope mereamur regnum caelorum, gloriæ San-
ctorum, & Dei ipsius possessionem, & verum est
dicere, nos in singula momenta, que propter Deum
non insumpimus, majorem seculis jacturam, quam
si omnes terrarum thesauros perdidissimus. Quod
Sancti in celo, in omnem aternitatem, per omnes
perfectissimos actus amoris Dei, facere non pote-
runt, videlicet novam gloria gradam mereri, hoc
ego in singula momenta per unicum charitatis actum
possum obtinere. Quod reprobi in omnem aternita-
tem per gemitus, ac penitentiam, omneque teteri-
mos cruciatus facere non poterunt, videlicet Dei
iracundiam multare, & criminum suorum obtinere
veniam, id mihi momento quolibet facere licet. P.
Croiset in Aestheticis Exercitiis. Tom. 5.

Quanta utili-
tatis fit om-
nibus non
abuti tempo-
re.

Assequamur animo pretium, meritum, & inasti-
mabilem hujus temporis valorem, quod ipsi non
agere, & sine ullo merore amittimus. Cajusnam pre-
tium nobis videbitur in morte hoc tempus, quod no-
bis misere perit! Cujus momenti tunc videbitur ir-
reparabilis ejusdem jactura? Molesta otiositas que
thesaurorum jacturam mihi peperit! Inuites vitia-
tiones, vana, & obscena colloquia, nugæ ineptæ,
juvandi quidem, sed perniciosus congressus, quanto
mihi stetit pretio! Heu! si mihi hora suppeteret
illius temporis quo abusus sum, moriens inquit,
quomodo hac uteretur! Sed non defuerit mihi ho-
re, & pretiosa momenta. Habui quidem in potesta-
te mea mentes, & annos; & per insipientiam, atque
stupiditatem meam tot pulcherrimos dies amisi.
Cogitandum est de tempore, quod insumitur, ac
misere perditur in alea, in spectaculis, in iuani-
bus, immo etiam noxiis colloquiis, in catibus mun-
danis? Heu! vita pars maxima perit; tempus
ipsum, quod minus male insumptum fuit, indiget
penitentia. Bone Deus quamam erit fors nostra?
Dum tempus habemus, operemur bonum. Ephef. 5.
Tempus amissum redimamus insumentes in bonis
operibus modicum illud, quod restat: *Redimentes
tempus quoniam dies mali sunt.* P. Croiset in Aestheticis
Exercitiis.

Tem.

pus bene in-
sumatur.

Tempus pretiosum est, qua quidem veritate nihil
probatus est, sed nihil vulgatus quam illud male
impendere. Seno igitur ad examen vocemus, qua-
nam in re nosmet occupare debeamus, nisi illud per-
dere velimus. Quid cor nostrum querit? Nonne
opes, honores, voluptates nos fascinant? Non solum
hisce rebus abrenunciandum est, ut tempus nostrum
utiliter insumamus, ita adieci esse debemus, ut fa-
criticemus omnia, nec fati est; sed ut bona opera
ind-fraenter faciamus, tempus amissum, quantum in
nobis est reparaturi. Opificibus stipendia persolvenda
sunt; mercede domestici eroganda, aliena relin-
quenda, si que domi latent. Pius legatis satisfacen-
dum est, si quibus tenemur. Hæc omnia sunt opera
justitie, que nobis necessario faciendæ sunt, &
hoc est partem dumtaxat temporis optime impende-
re; verum ad hæc supererogationis opera accedant
oportet. Eleemosyna eroganda fuit: eaque eo mo-
do, qui ceteris præcellat, insumentur. Non dico
omnia esse relinquenda, vel rebus omnibus abrenun-
ciandum esse; verum saltem nihil eorum ornare, que
valeant non a summo bono amovere, in quod omnia
desideria nostra tendere debent. *Antior recens.*

Quam incredibilis est Fidelium cæcitas, qui per-
dunt tempus, cujus tantum est pretium in occupatio-
nibus, que sunt adeo inuites, atque indignæ ea digni-
tate, ad cujus apicem evecti fuerunt. Neque enim
vel unum momentum est, quo, nisi ad majorem Dei
gloriam impendantur, plus non amittatur, quam si
omnes Reges terre suas coronas, & regna amitterent. Di-
vites seculi, mortales honores cupidi, voluptatibus
abuti utqueque oblivioni dabitur jacturas virorum
bonorum quas sustertis? Heu! quot & quanta ami-
ssis! Recogitate paupiser omnes annos, mentes,
dies, horas vite vestre & usque in hanc diem re-
petite ignaviam vestram hominibus Christianis indig-
nam. Pauperes, qui per orbem erratis panem ve-
strum quaesituri, quid cogitatis, cum adeo pretiosa
momenta negligitis? Ille vere sapiens est, qui vita
hujus momentis uti novit ad æternam sibi felicitatem
comparandam. Ille vero scitus, & gnarus est, qui
momenta ista impendit certam sibi cæli possessionem
facturus. Ille sibi prædians est ingenio, qui in
actionibus omnibus bona sibi infinita proponit, que
non nisi in tempore possunt acquiri, quo semel elap-
so nihil in æternum mereri, vel acquirere possu-
mus. *Bondu in Christiano ignos.*

Beatum a-
ternitatem
recogitantes
nobismet
grinos exiti-
mare debe-
mus in terra.

David futura prospiciens tempore dicebat Psalm 76.
*Cogitavi dies antiquos, & annos æternos in mente ha-
bui.* Cogitabat serio annos, quos alibi Scriptura
dumtaxat vocat, quia in æternitate non datur ulla suc-
cesso, & similis est momento, quod semper est præ-
sens, semperque durat. Cogitatio hæc detinet ani-
mam Deo semper attentam, efficit, ut ista semper
ad illius gratiam confugiat in omnibus mortalis hu-
jus vite calamitatibus, magnum immittit illi fluxa-
rum, fragillimisque rerum contemptum; animos ad-
dit, ut validioribus resistat tentationibus, atque præ-
stat, ut nosmet tamquam hospites, & inquilinos exi-
stimemus in terra, ad quos minime pertinent hæc
terrena, que homines depræant. *Ex libro cui titu-
lus. Instructio Christiane propriæ Adventus Dominicæ.*

Nam quispiam ex nobis religioni sibi veritè ja-
cturam temporis, cujus infinitum est pretium, &
que potissima est vite pars. Nullum est momentum,
quo nobismet comparare non possimus meriti gradum
super terram, ideoque meriti gradum in celo; nul-
lum, quod nequeat nos aliquo in sensu ad eminentem

sanctitatem, & gloriæ aternitatem adducere. Debenus
ergo singula impendere momenta rei adeo pretiosa,
quæ tempus est nobis a Deo in hac vita concessum,
ut serviamus Deo, eique rebus in omnibus placere
queramus. Salvatori, ajebat D. Bassilius, esse me de-
decori, si in vanis, inutilibusque rebus tempus amit-
terem, & ipse periculum adirem, ne per hæc trice-
sas, & nugas ea perfringerem vincula, que me illi
unice debent adnectere: *Ne si, aliud agendo, in re-
bus suis. Christo dedecori sim.* Attamen quot
mortales citra ullam religionem optimam temporis
sui partem amittunt in otiositate, in sexcentis ina-
nibus rebus, & fortasse saluti ipsorum perniciosiss?
Nullus ferme ad Deum redire fit in magno hoc
ineptarum occupationum numero, que meliores no-
bis eripiunt dies. Verum quomodo nam peritum hoc
tempus cum necessitate illud totum referendi ad
Deum potest conciliare? P. la. Deje Tomo 1.

Cujuslibet anni finis nobis in mentem revocare de-
bet finem vite nostre, cujus daratio adeo brevis
est, atque incerta. Tempus quod nobis saperet vi-
ta, æque celeriter defluet, ac illud, quod jam præ-
terit, nobisque minus reliquum est ipatium quam
arbitremur. Quis scit, utrum ad subsistentis anni
finem victuri simus; immo utrum moriemur ante-
quam hic præsens ad suum finem perveniat? Nullus
viventium est, qui sibi unum adhuc, vel plures
vite annos non polliceatur, licet in cubili suo le-
thali morbo laboret; & nihilo scelus quis vellet se
prædem, multoque minus vadem statueret pro vita,
immo etiam paucorum dierum alterius? Hinc autem
quid est inferendum? Ab Apollolo discamus.
*Videte itaque, ita ille ad Ephesios cap. 5, scribe-
bat, Videte, fratres, quomodo cause ambuletis; Non
quasi insipientes, qui sibi e manibus elabi finunt
pretiosas occasiones salutis sue cooperandi, sed
ut sapientes, qui omnia sacrificant, ut in que-
stu ponant tempus, quorum pretium cognos-
cunt; ut bene insumant dies adeo breves, &
criticos, quorum jactura adeo metuenda est:*
*ut unice vacent magno sue salutis negotio, pro
quo uno totum hoc tempus illis traditum est:*
*Non quasi insipientes, sed ut sapientes: redimentes
tempus, quoniam dies mali sunt, ad Galat. 6.* Si in
bonorum operum praxi non defecerimus, scribebat
idem ad Galatas, tempore suo laboris nostri uberem
fructum metemus: *Tempore enim suo metemus non de-
ficientes. Ergo dum tempus habemus, operemur bonum.*

In usu die-
rum nostro-
rum cave
nobis proce-
dendum est.

Nullum bonum opus in gratia peractum, quantum-
vis exiguum sit, licet sit frigida aquæ calix in JE-
SU CHRISTI nomine datum, non præteribit, quin
ille hoc remuneretur incremento quidem gratiæ in
hac, gloriæ vero in altera vita. Hoc ille ipse ore
suo nobis testatur. Quot per nostram incuriam hu-
jusmodi pretiosa momenta perdidimus, nobis ad im-
marcescibilem gloriæ coronam acquirendam concessi?
Non possumus satis conscisci desiderio hujus temporis,
nihilque deberet tantam hæc jacturam consolari. Ve-
rum ullam ne afferre poterimus excusationem, si
cum tot annos jam amiserimus, elabi patiemur eos,
qui supersunt, & quos adhuc nobis largiri dignatur
Deus, ut serio salutis nostre vacemus, idque eo ma-
gis cum ad illam promerendam tempus adeo sit bre-
ve? Unicum restat consilium capiendum; illud vi-
delicet, quod nobis sappeditat Apollolus, ut qui
hoc mundo utitur, vivat quasi non uteretur; scilicet
ut eo per modum transeuntis utatur. P. Croiset
in Aestheticis Exercitiis.

TENTATIONES.

Ratio eas superandi; vigilantia ad eas prævertendas, & quidquid ad hoc pertinet argumentum.

MONITUM.

IJEIUNIUM, solitudo, ac tentationes tria sunt argumenta, quæ evangelio Dominice primæ in Quadragesima possunt applicari. De primo, aliterque alibi jam verba fecimus; restat igitur, ut de tentationibus agamus. Quod argumentum eo utilius est, quod tota hominis vita prælum est, ac jugis tentatio, quemadmodum ipsa Biblia testatur. Quemadmodum vero ex ea vi, qua tentationibus oblectamur, & victoria, quam inde referimus, pendet nostra salus, & corona, quam expectamus in celo, nil ultra queritur, ut de hujus argumenti utilitate judicemus.

Cum hoc argumentum morale, practicumque sit, debet didascalium esse, detegere versutias, & dolos, quibus ad fallendos homines, eosque in insidias suas illicendos demon utitur, tradere, quomodo ille sint evitanda; quod si fieri nequeat, quomodo certandum erit, ne ab illis decipiamur. Neque omittenda sunt rationes, quibus ad hoc certamen sumus excitandi, & bona, que victoriam hanc subsequuntur, non secus ac subsidia, que ad vehementissimas quaslibet tentationes superandas nobis suppeditant. Deest præsertim vero justus loquendum est de vigilantia ad eas occupandas impendenda.

Præterea plurimum interest aperire, quinam sint inimici, qui a nobis metuenti sunt; neque enim solum est demon, sed mundus, nos ipsi, & omnes fere creature, que totidem objecta sunt, que nos tentare, atque ab officio nostro nos amovere possunt. Ad hæc omnia copiam afferemus.

PARAGRAPHUS PRIMUS.

Varia concionum hujus argumenti systemata.

I. JESUS CHRISTUS in desertum adducitur, ut intelligamus, tentationes superandas esse: sed ubi tentatur in solitudine, prostermit hostem, ut discamus artem resistendi tentationibus, ubi evitari non possunt. Dux considerationes, que sermonis partitionem possunt efficere, & que ad duas propositiones rediguntur; quarum prior est, generatim loquendum melius esse, tentationem prævertere, quam illi debere resistere; altera est, illi resistendum esse, cum præverti non potest.

Pars prima. Ad priorem veritatem probandam, considerate, omnes tentationes ad duo hæc genera redigi: primum eorum est, que extrinsecus ingruunt exteriorumque objectorum presentia excitat in nobis; alterum eorum est, que intrinsecus oriuntur, & quorum fomitem in cordibus nostris gerimus cum ea concupiscentia, a qua excitantur. Ut autem utraque prævertere non deceat JESUS CHRISTUS quid agat? 1. Sese recipit in desertum: *Ductus est in desertum*: non quod in mundo aliquid illi funestum esse possit, vel quod metendum esset, ne ulla innocentie suæ labes offunderetur: Deus erat, atque impeccabilitas æque necessario personæ illius adhaerebat, atque divinitas. Ductus est ergo, ut admoneretur nobismet præcavere contra ea, que nos manent pericula, atque ne nosmet illis obiceremus, quin contra eorandem insidias præmuniremur. Ut ex hoc proficiamus exemplo, simul omnes colligende sunt tentationes, que extrinsecus possunt ingruere: quoad impunitatem periculose societates, spectacula, affectiones, objecta, que nos allicere possunt; quoad avaritiam, cura per fas, & nefas locupletandi, simulata honoris, doli, versutiae, que in mundo passim adhiberi consueverunt; quoad ambitionem, atque superbiam, videndum est, quomodo ad honores obrepere, competitoris de ponte dejicere aliorumque exiditio crescere queratur, ita ut nullibi deesse possit tentatio: *Mundus totus in maligno positus est*. 1. Joann. Quamvis autem in re resistendi spem collocare possimus? Num in aliena experientia? an propria? an in Dei gratia? Ubi ostendendum est, nisi fuga, & diligens præcautio adhibeatur, semper adesse periculum, ne tentationibus superemur. Ita optima, vel fere unica salutis expediende tutoque vivendi ratio est solitudo, occasione fuga, & a mundi luce recessus: *Ductus est Jesus in desertum*. 2. Quod ad internas attingit tentationes, docet Saluator, illas jejunio, & mortificatione esse prævertendas. Hæc porro ad duplicem rediguntur speciem, quarum fomitem ipsi intra nos gerimus; vi-

delicet corporis, animique tentationes. Quod spectat ad carnis rebelliones, nihil eas melius mulcet, quam jejunium, cujus rei afferendæ sunt rationes; atque est illas fugere, ac prævertere; exercere abstinenciam; atque ad id quadragesimale jejunium institutum est. Jejunium autem non minus efficax est ad mentis superbiam infringendam, que alter fons est tentationum, que intrinsecus oboriuntur. Per hoc, inquit Scriptura, nosmet humiliamus, nostramque Deo, & ecclesie, submissionem testamur; similique usus præcepto Deus olim ex hominum protoparente confessionem extorrit submissionis suæ, ut licet omnibus terris dominaretur, fe subditum esse meminisset, atque propter ea bona, quibus a Creatore suo cumulatus fuerat, non intumesceret.

Pars altera. Quomocumque ingrediamur viam ad tentationes evitandas, non semper nosmet ipsam liberare possimus; seu quod illas nobis immitat Deus, ut virtus nostra exerceatur, seu quod infelix primi hominis lapsus in eam nos adduxit necessitatem: ut toto hujus vitæ spatio nobis esset decertandum: *Militia est vita hominis super terram*. Job 7. Quomobrem JESU CHRISTI exemplum secuti præliari debemus, ac tentationem superari, ubi evitari non possit. Ab illo igitur resistendi artem discamus, postea quam artem fugiendi didicimus. Demon tria in J. C. tentationum genera iustitavit, quas Dominus triplici armorum genere, quod eorum singulis aptum erat, propulsavit. Prima crassior iugula tentatio, illi persuadere volens, ut lapides immutaret in panes; cui Dei filius resistit, dicens, animæ nutriendæ curam, quam corporis, esse debere potiorum. Hoc nobis sciendum est, ac serio cogitandum, nimiam corporis curam animæ officere. Altera fuit tentatio superbiam, persuadendo illi, quem corporea voluptate superare non poterat, ut de summo templi vertice se in præceps demitteret suam apud Deum auctoritatem ostentaturus. Periculosa presumptionis tentatio, quam vici Saluator dicens, Deum inani confidentia nunquam esse tentandum; fide expectandum, implorandamque opem illius in iis, que precipit, & sunt intra ordinem officiorum nostrorum: *Non tentabis Dominum Deum tuum*. Math. 4. Ultima denique tentatio ambitionis simul fuit, & avaritiae; atque hujus Hominis Dei exemplo decemur cor nostrum dividendum non esse, sed integrum Deo tribuendum &c.

Pro Concionis argumento, ac divisione tres assumi possunt veritates, que facile præbent, solideque tractari possunt.

I. Ten-

1. Tentationes esse inevitabiles, & cum ipse Dei filius tentari voluerit, frustra nos immunes a tentationibus esse velle, quocumque in statu, & conditione simus; quomobrem ad eas oppugnandas, & superandas nosmet preparare debemus.

Altera est; tentationem nobis utilem esse; hæc enim nostram ostendit virtutem, atque viam aperit ad plurimorum meritorum acquisitionem. Quomobrem hæc indicia sunt amoris, quo nos prosequitur Deus & curæ, quam nostri gerit Providentia.

Tertia est: in nostra potestate situm esse vincere tentationes, quocumque ex parte ingruant, divina opem ferente gratia; ideoque semper nos culpa nostra superari.

III. 1. Nulla virtus est, que supra tentationem sit: videlicet quocumque sumus in statu, tentamur seu a dæmone, seu ab externis objectis, seu denique ex nobismet ipsis tentationibus aboriantur. Quomobrem tentatio semper est metuenda, & nunquam in virtutis nostræ confidentiam est. 2. Vicissim nulla tentatio est, que sit supra virtutem; hoc est, nulla tentatio cuiuscumque generis ita violenta est, quam ope gratia superare nequeamus.

IV. 1. Tentationes, quanvis remotæ, & absentes, a nobis sum metuenda; cum enim infirmi, & imbecilles simus, periculum femper adest, ne vincamur; quomobrem de nobismet ipsis diffidere debemus, ac admitti, ut tentationes hæc vitemus, & fugiamus occasiones, que sunt illarum causa &c. 2. Metuenda non sunt, cum sint presentes, ac ipsidem petimur: sed generose propulsendæ sunt, atque impugnandæ. Non desunt nobis gratia, & subsidia ad eas vincendas necessaria.

V. 1. Nulla tam infirma levissime tentatio est, cui cedere nequeamus, nisi jugi, & christiana solertia nobismet invigilaverimus, atque in propriis viribus confidentiam constituerimus. 2. Nulla est tam fortis, atque violenta, quam Dei ope, atque iis armis, que S. Paul. ad id nobis ministrat, superare nequeamus.

VI. Triplex est tentationum genus, quas superare exemplo suo nos docuit Dei filius: eas videlicet, que a mundo, a nobis, a dæmone proficiuntur. 1. Contra mundi tentationes Dei filius utitur fuga: *Ductus est in desertum a spiritu*. Mundus Dei gratias, & cæli lumina infirmat; nos suis pompis perstringit, & laqueis plenus est: *Mundus totus in maligno positus est*. Efficit, ut in nobis Dei amor tepescat terrenorum honorum amorem immittens. Ad hæc omnia evitanda recessus, & fuga mundi omnino esse necessaria. 2. Contra tentationes, que a nobismet ipsis oriuntur, & quarum principium est corpus, Dei filius, licet non esset obnoxius omnibus illis rebellionibus, quas ipsi experimur, & corpus ejus esset virtutum omnium instrumentum, nostrum domare nos docet, quod proculdubio maximum nobis est, ac periculosissimum inimicus; idque jejunio, & mortificatione, que omnes sensuum motus coercent. 3. Contra dæmonem, a quo ambitionis, impietatis, ac idololatriæ tentatur, adhibet verbum Dei, atque æternarum veritatum considerationem.

VII. Tentatio considerari potest tanquam prælium spirituale, ubi tria pendenda sunt. 1. Inimici, cum quibus nobis confidendum est, dæmon videlicet, caro, & mundus; quomodo illi nos læsant, videlicet modo fraudibus, ac dolis, modo vi aperta, & impetu facti, modo pactis, & conditionibus; ideoque nobis est consulendum, præcavendum, nec non armis necessariis utendum. 2. Ad examen revocanda sunt vires, & subsidia, que habemus ad propulsendas pertinas hos inimicos, quos superare nostrum est, ad quod obtinendum constantia tantum, certoque consilio indigemus. 3. Considerandus hujus certaminis exitus, si victi, aut victores fuerimus, ut ad strenue bellandum excitemur.

VIII. 1. Quid ante tentationem sciendum. Prævertenda est; omnes extendi conatus ad eam evitandam; animusque preparandus ad eam oppugnandam, sustinendamque. 2. Quid sciendum in tentatione; strenue oppugnanda est, Dei subsidium petendum, Deo fideliter adherendum. 3. Quid sciendum post tentationem, atque relatum victoriam; nequaquam propriis viribus accepta referenda est.

IX. Punctum 1. Permittit Deus justos plucimas ob causas tentari. 1. Ut mereantur cælum, quod præmium est eorum, qui strenue certant. 2. Ut sese colligant, & ne dona, quibus a Deo cumulati fuerunt, sint illis inanis gloriæ causa; Ne magnitudo revelationum extollat me, datus est mihi simulacrum carnis mea &c. 2. ad Cor. 12. 3. Ut illos vehementius diligat illorum fidelitatem ex-

Hoadry Bibl. Tom. IV.

pertus: *Nunc cognovi, quod Ames Deum*. Genes. 22.

Punctum alterum. Deus illis opitulatur, qui tentantur, nec illos supra vires suas tentari sinit, sed præbet illis modum, quo ex ipsis proficiant tentationibus.

Tria possunt in tentationibus considerari, ex quibus tres concionis partes fieri possunt. 1. Necessitas tentationum, sine quibus in hoc mundo vivere non possumus, ubi undequaque urgemur indefessis hostibus, qui nos quocumque sequuntur, & quos semper nobiscum gerimus. 2. Utilitas, quam nobis afferunt tentationes, & quam inde percipere possumus, videlicet humilitatem, diffidentiam nostram, & confidentiam in Deo. 3. Potestas, & adminicula, que nobis suppetunt ad eas infringendas.

XI. 1. Ante tentationem timeamus, fugiamus, nobismet invigilemus, caveamus; quia faciles sumus, qui vincamur, infirmi, qui resistamus, & a vigilantissimo inimico læsissimi, qui opportunum querit tempus, ac locum. 2. Cum aliqua læsissimi sumus tentatione, ac pugnare coacti, tunc testari debemus fidem, constantiam, amorem, quo prosequimur Deum.

XII. Triplici ex causa permittit Deus, servos suos, bonoque homines ab humane salutis hostibus tentari. 1. Ut virtus eorum, que lateret, vel otia retaret, emicet in prælo, & uniusquisque eorum suam agnoscat vim, atque imbecillitatem. 2. Ut virtus eorum exercita crescat, atque augeatur, ac tentatio sit illis meriti majoris occasio. 3. Ut intelligatur gratia virtus, que efficit, ut infirma creatura, qualis homo est, de omnibus dæmonis conatibus triumphet.

XIII. In Evangelium Dominicæ primæ in Quadragesima considerare possumus: 1. J. C. divino spiritu adductum in desertum, ut ibi tentaretur a diabolo; unde discendum est, nobis expectandam esse tentationem; a Deo nos adduci in locum certaminis ad virtutem nostram probandam, excercendamque, atque ibi nos a Dæmone tentari, contra quem pugnare debemus: 2. J. C. contra dæmonem pugnantem; ubi discimus, quibus artibus utatur dæmon ad illum tentandum, que eadem sunt, ac illa, quibus utitur contra nos; ac denique quibus armis utendum nobis sit ad illum propulsum, & exemplo filii Dei sapierandum: 3. JESUM CHRISTUM dæmonis victorem; unde intelligemus, quam utile sit vincere hunc hominum inimicum; & que merces, & gloria victoriam hanc subsequatur. *Lambert Homilia in primam Quadrages. Dom.*

Duo sunt tentationum genera, ad que superanda variis rationibus utendum est.

XIV. Prima nobis occurrunt non quæsitæ, nascuntur in nobis, unumque principium habent ex corruptione nostræ nature; ad quas superandas nobis Deus semper necessaria subsidia ministrat: satis est solum, nos uti vigilantia ad eas prævertendas, nec non ad oppugnandas constantia. 2. Aliæ sunt, quas ipsi inquirimus, & quibus dedita opera nosmet obijcimus in occasione permanentes. Hæ nobis semper fatales sunt, neque alia nobis suppetit ad eas superandas via, quam fuga. *P. Bourd. atque nonnulli.*

XV. Rationes, que fidelem excitare debent ad strenue resistendum, sunt considerate: 1. illum dace infinita Dei sapientia pugnare, que illum tentari patitur, ut suæ fidelitatis, & constantia præbet indicia. 2. Illum pugnare infinita Dei virtute defensum, qua invictus redditur, & cum qua inutilis efficere potest omnes inimicorum conatus. 3. Pugnare sub protectione infinitæ bonitatis Dei, que nunquam eum deseret, donec ipse in illa confiderit. *P. Texier in Dominicæ.*

XVI. 1. Dæmon bonos præcipue tentat, que res illos in jugi timore, ac vigilantia continere debet. Hoc primum est documentum, quod ex hodierno evangelio percipere possumus, ubi videmus, ipsum Dei filium a dæmone tentari. 2. Documentum alterum est, justos, ac bonos facile resistere posse tentationibus dæmonis, quoniam Dei filius eos docet rationem, eisque necessaria tribuit subsidia ad illos vincendos. *Ex Specimine sermonum pro Dominicæ tertio 4.*

XVII. De præliis, que nobis a salutis nostræ inimicis per tentationes inferuntur, tres hæc veritates nobis regula esse possunt, quamvis totidem paradoxa videantur.

Prima est; nosmet ipsos infirmare, ut decertemus, idque jejunio, aliisque mortificationibus.

Altera est; fugere debere, ut vincamus; etenim cum dedita opera nosmet periculo obijcimus, jam victi sumus.

Amus. Tertia est, nosmet humiliare oportere, ut triumphemus; semper enim nobis diffidendum est de viribus nostris; neque nobis acceptus respiciendus est honor victoriz. *Ibidem.*

XVIII.

1. Deo dace pugnamus, hoc est sub illius protectione, & providentia. 2. Cum Deo pugnamus, hoc est cum subsidio, & ope gratiarum ejus. 3. Pugnamus propter Deum, hoc est pro gloria, & honore illius; quae tres sunt rationes, quae fortitudinem nostram debent excitare. *Ex Quadragesima P. Bircat.*

XIX.

1. Artes, quibus vitat Damon ad nos perducendos, ab eodem in J. C. tentatione detecta, primum erant punctum. 2. Modi has eludendi artes a J. C. traditi in ea victoria, quam de demone reportavit; hi erant alterum. *Ex sermonibus Abbatis de Gezene.*

XX.

Tria sunt moralium genera, qui discernere debent, quomodo in tentationibus sese gerere debeant. 1. Sunt temerarii, qui caecae sese periculo obiciunt; atque his ostendimus fugam tentationum, & christianam vigilantiam maximam esse prudentiam, quae ab illis valet adhiberi. 2. Non desunt imperiti quidam, & inexperti, qui in demonis laqueos incidunt, & eisque hujus dolos, & artes aperire conabimur. 3. Ignavi sunt, quibus ad resistendam animus deficit; & hos filii Dei exemplo excitare contendemus. *Ex Quadrages. Auctoris sermonum in omnia Ethica christiana argum.*

PARAGRAPHUS ALTER.

Fontes, auctoresque, unde hauriri copia potest ad propostis concionum structuras exponendas.

Sandi Pg. 179.

S. Augustinus in hac S. Pauli verba ad Galatas: *Caro concupiscit adversus spiritum*, docet, neminem esse a tentationibus immunem, & quod tantum, qui semper vincuntur, nunquam se tentari credunt.

Idem in Ps. 127. ostendit, nos undique oppugnari ab inimicis, quibus stipati sumus.

Idem serm. 16. in Psalm. *Qui habitas*, ostendit tentationum necessitatem, & auxilium, quod a Deo in tentationibus expectandum est.

Idem in Ps. 45. haec explicans verba: *Deus refugium nostrum*, & *virtus*, in tentationibus ad Deum confugiendum esse.

Idem l. 2. de serm. Domini in monte plurima, eaque optima profert haec explicans verba: *Ecce nos inducat in tentationem.*

Idem serm. 3. de verbis Apost. ostendit tentationum militiam S. Pauli exemplum.

Idem in Psalm. 106. loquitur de honorum tentationibus, & quomodo illos liberet Deus.

Idem l. 11. de Genesi c. 4. rationem reddit, propter quam permittit Deus, ut primus homo tentetur, quamvis praevideret illum tentationi cessurum, quamvis praevideret illum tentationi cessurum.

Idem serm. 246. de tempore ostendit, nos non esse omnino immunes a tentationibus in hac vita. Hoc ipsum ostendit in Ps. 65.

Idem l. de Pastoribus c. 5. loquitur de subsidio, quod nobis suppeditat Deus ad tentationes superandas.

Idem l. de vera relig. c. 38. ostendit, Salvatorem vicissim tentationes, quibus Damon homines lacessere consueverat.

Idem serm. 72. de tempore ostendit, quomodo, & cur permittat Deus homines tentari.

Idem serm. 197. de tempore ostendit, demonem, licet victus sit, vincitque, nihilominus tentare homines.

Idem tract. 85. in Joan. ostendit, a demone justos potius, quam malos tentari.

Idem, vel auctor quatuor in vetus, novumque testamentum refert varias tentationes, quibus homines tentari Deus permittit.

S. Gregorius l. 4. mor. ostendit, nos, postquam majora superavimus, levioribus cedere tentationibus.

Idem lib. 24. mor. cap. 7. fustus loquitur de tentationibus, quae accidunt illis, qui recens conyersi sunt, & Deo servire incipiunt.

Idem ibid. loquitur de consolationibus, quae succedere consueverunt superatis tentationibus.

Idem lib. 27. moral. cap. 10. docet justorum tentationes celerrime pertransire, sed meritum victoriae de illis relaxa diu permanere.

Idem lib. 33. Job. 22. ostendit, demonem longe aliter Dei servos, ac mundi mancipia tentare.

Idem l. 29. Job. 12. ostendit eum, qui perfectior est, vehementius tentari.

Idem lib. 5. in reg. rationes adfert, propter quas Deus vult homines tentari.

Idem in Praefatione moralium in Job. c. 3. & 4. explicat, quomodo permittit Deus, ut Job tentetur.

Idem lib. 8. moral. ostendit hominis vitam super terram perennem esse tentationem.

Idem lib. 23. cap. 16. reddit rationem, cur permittat Deus homines tentari.

Idem lib. 14. moral. c. 7. & lib. 15. cap. 30. ostendit a Demone quemque secundum sua studia tentari.

Idem Hom. 16. in Evang. more suo explicat evangelium, ubi de tentationibus Salvatoris sermo est.

S. Hieronym. Epist. 22. ad Eustoch. de custod. Virg. docet, statim resistendum esse tentationibus, neque permittendum, ut convalescant.

Idem epist. ad Heliodorum docet, neminem esse a tentatione immunem, & eos periculosius tentari, qui se tentari non putant.

S. Ambrosius integrum habet sermonem de tentationibus J. C. & nostris, esseque 30. de tempore, de qua re loquitur etiam serm. 37.

Idem l. 1. de Patient. c. 13. ostendit, Deum justos a tentationibus liberare, & ellicere, ut inde utilitatem percipiant.

S. Chrysostomus Hom. 25. ad popul. Antioch. ostendit, quomodo tentatur a Demone, qui non habet nocendi potestatem, nisi ipsi voluerimus.

Idem in cap. 3. S. Matthaei serm. 13. adhortationem habet, ubi ostendit, quantopere nos nobismet ipsis invigilare debeamus, & contra demonem, a quo incessanter tentamur.

Idem vel auctor operis imperfecti in S. Matthaeum, ostendit, Deum moderari tentationes, nec permittere, ut a demone viribus omnibus oppugnemur.

Idem Hom. 87. in S. Matthaeo ostendit, demonem ad animas fallendas sub vitio speciem vitium contingere.

S. Leo serm. 1. in Quadr. ostendit, quomodo nosmet premunire debeamus contra tentationes, & serm. 2. ostendit, neminem a tentationibus esse immunem.

Idem serm. 4. explicat ordinem tentationum Salvatoris, & artes demonis.

S. Bernardus serm. 5. Quadr. ostendit, carnem nostram nobis domesticum esse inimicum, & fontem plurimarum tentationum.

S. Maximus Hom. 2. de Quadr. describit certamen initium inter Dei filium, & demonem, & quomodo inimicum hunc vincere debeamus, de qua re loquitur etiam in Hom. 4.

S. Chrysostr. serm. 11. loquitur de nequitia, & artibus demonis.

S. Bonav. tom. 3. serm. de Temp. docet, quomodo resistendum sit demoni, exemplo filii Dei.

Idem eodem tomo, sed in alio sermone, loquitur de triplici tentationum genere, & modo eas superare. *Ibidem.*

Hugo de S. Viet. serm. 54. Monach. insigne. refert praedia, quae demon quidem animae, anima vero demoni inferant.

Rodriguez part. 2. tract. 4.

S. Franciscus Salesius Introductio ad vitam devotam par. 4. a cap. 1. ad 20. ubi varia tradit egregia ad hanc rem consilia.

Thomas a Kempis l. 1. de imitat. Christi c. 13.

Humbertus l. 3. de erud. par. 1. c. 3. 4.

Nicolaus Lancicijus opus. 10. cap. 5. & opus. 1. cap. 16. & 17.

Bellarmin. de gemitu Columbae lib. 2. c. 12.

P. Ludovicus Camaret lib. de puro, perfectoque Christianismo, obstaculo 12. ubi loquitur de nequitia, & artibus demonis, ac de modo resistendi tentationibus illius.

Liber cui titulus: Passiones Jesu Christi, passio 16. tentatio in deserto.

P. Nepveu in Christianis considerationibus tom. 3. pro die 12. Julii, & tom. 4. pro die 14. Novemb. Moralit christiana in p. lib. 8. sect. 1. fasum habet, amplumque tract. de tentationibus.

Dandini Ethica Sac. lib. 37. ubi pluribus articulis Patrum sententia, ac plures hac de re animadverti afferuntur.

Drexellius in palestra sacra.

Pean in dialogis spiritualibus, dialogo 3.

Catechismus Concilii Trident. in 6. petitionem 2. Condonato P. Delingendes duos habet deinceps sermones de tentationibus, in quorum primo exponit aliquot christianas veritates ad rem hanc pertinentes, in altero vero demonis artes, ac insidias.

Biroat serm. pro 1. Quadrages. Dom. hoc tract. arg. P. Texier in dominicali in idem Evangelium. Joly Propositione pro 1. Quadr. Domin. Specimen Ethicum in anni evangelia. tomo 1. Abbas

Abbas de Monmorel Homil. & sermone in evangelium de tentationibus.

Abbas de S. Martino in idem Evangelium.

P. Aurelianus in tom. 1. serm. unum habet de tentat.

Auctor serm. christian. serm. pro Domin. 4. post Epiph.

Abbas Trappensis collatione pro 1. Quadr. Dom. Abbas de Pezenne in sermonum ipsius collectione. Morales sermones in Quadragesima.

Auctor sermonum in omnia Ethica christianae argumenta pro Dominica 1. Quadrages.

In Specimine sermonum pro Quadragesima, & Dominicis plures sunt hujus argumenti sermones. Granasensis in locis Communibus.

Buseus in Panario. Labaths in Theodoro. Berchorius. Lohner. Polianthea Sacra.

PARAGRAPHUS III.

Loca, exempla, & applicationes Scripturarum hinc argumentum.

Tentavit Deus Abraham. Genes. 22. Nunc cogitavi, quod times Deum. Ibid.

Tentat vos Dominus Deus vester, ut palam fiat verum diligatis eum. Deuter. 13.

Dei tentavit eos, & invenit illos dignos se. Sap. 3. Creatura Dei in vitam facta sunt, & in tentationem animabus hominum, & in miscipulam pedibus insipientium. Sapient. 14.

Fili accedent ad servitium Dei, preparam animam tuam ad tentationem. Eccl. 2.

Tentatio, vel militia est vita hominis super terram. Job. 7.

Quia acceptus eras Deo, necesse fuit ut tentatio probaret te. Tob. 12. 1.

Ductus est Jesus in desertum, ut tentaretur a diabolo. Matth. 4.

Et ne nos inducat in tentationem. Matth. 6. Vigilate et orate, ut non inretris in tentationem. Matth. 26.

Scriptum est: Non tentabis Dominum Deum tuum. Matth. 4.

Anania, cur tentavit sathanas cor tuum? Act. 5. Video altam legem in membris meis, repugnantem legi mentis mei. Ad Rom. 7.

Tentatio vos non apprehendat nisi humana. 1. ad Corinth. 10.

Ipsa sathanas transfiguravit se in Angelum lucis, 2. ad Corinth. 11.

In omnibus sumentes scutum fidei, in quo pectus omnia tela nequissimi ignis extinguere. & galeam salutis assumite, & gladium spiritus, quod est verbum Dei. Ad Ephes. 6.

No magisterio revelationum exollat me, datus est mihi simulacrum carnis meae angelus sathanas, qui me colaphizet. 2. ad Cor. 12.

Caro concupiscit adversus spiritum, spiritus autem adversus carnem. Ad Galat. 5.

Induite vos armaturam Dei, ut possitis stare adversus insidias diaboli. Ad Ephes. 6.

No forte tentaverit vos is, qui tentat, & inanis fiat labor vester. 1. ad Thessalon. 3.

In eo, in quo passus est Christus & tentatus, potens est & eis, qui tentantur, auxiliari. Ad Hebr. 2.

Unusquisque tentatur a concupiscentia sua abstractus, & illicus. Jacobi 1.

Omne gaudium existimate, fratres mei, cum in tentationibus variis incidieritis. Ibidem.

Sobrii estote, & vigilate: quia adversarius vester, diabolus, tanquam leo rugiens circum quiescentem, quem devoret: cui resistite fortes in fide. 1. Petri 5.

Novit Dominus pius de tentatione eripere. 1. Petri 2. Hic est qui vocatur diabolus, & sathanas, qui seducit universum orbem. Apoc. 12.

Exempla ex veteri, novoque testamento desumpta.

Primus hominum Dei manu factus adeo sapiens, & felix necesse suam agnoscere felicitatem, neque illa frui, ut oportebat. Damon, qui nuper de sua beatitudinis gradu per superbiam fuerat dejectus, statuit illum suae infelicitatis habere confortem; quod ut assequeretur, vidit, illam scelera sui socium sibi esse faciendum. Verum cum mentis illius vim, ac scientiae magnitudinem nosset, ratus est, dolo pro-

Exemplum Abie tentati & cedentis tentationi.

tius opus esse, quam vi: quamobrem ad ejus sese converterit uxorem sperans fore, ut hanc, quippe magis credulam, facilius deciperet. Seductor sub serpentis imagine latens exoritur est tam insiduosus questionem, qua profecta videbatur ex ipsius voluntate videndi illam perfecta felicitate fruentem, interrogans, cur Deus neque illi, neque viro ejus licere voluisset, vester fructu omnium arborum, quae erant in paradiso terrestri? Cui cum Eva reddidisset licere sibi quidem comedere ex omnibus fructibus, qui in paradiso erant, sed Deum prohibuisse dumtaxat, ne ex ea, quae in medio paradisi constituta erat, manducarent, ne statim in arena morerentur: Non ita, callidus addidit, non ita moriemini; sed scit Deus, vos statim ac ex eo manducabimini, futurum, ut speriantur oculi vestri, & statis tanquam Dii, scientes bonum, & malum. Cum autem Eva fructus pulcher quidem videretur aspectu; cumque promissio futura cum Deo similitudinis proprio ejusdem amori ablandiretur, praebuit aures dolo sub speciosis verbis latenti, atque ita excreta manum tetendit ad fructum, atque ex illo comedit gustui simul, & curiositati suae satisfactura. Nec satis fuit; improba mulier viro quoque fructum praebuit degustandum, qui, ut illi morem gereret, atque ut excuteret eam submissionis notam, quam volebat Deus illum Domino suo praestare, comedit. Hoc primum fuit certamen, quo demon hominem lacevit; haec prima victoria, quam de illo reportavit; haec prima tentatio, & addi potest, fons, ac principium omnium tentationum: inde enim profecta est haec in malum propensio, & infelix concupiscentia, quae nos aliis omnibus tentationibus facit obnoxios, faciles, qui vincamur, & infirmos, qui malo resistamus: tristes, funestique peccati originalis effectus.

Non desunt sancti, quos Deus ipse tentat, sed longe alia ratione, ac mente profusa alia ab ea, qua nos demon tentat: Demon enim tentat, ut fallat, Deus autem, ut probet laboribus, aut imperis molestis, quae studii eorum oppositis. Hoc S. Ambrosius animadvertit in ea ratione, qua Deus se gessit cum S. Patriarcha Abraham, quem diu, ac diversimode expertus est antequam illum adhiberet tentationem, qua illum filium suum sacrificare iussit: atque ita fieri oportebat, ne si primum statim dure adeo illum tentasset, quin illius periculum fecisset, terribili hoc imperio ita deiceretur, ut pondus illius sustinere non posset. Sed postquam magnus ille Patriarcha novissima hac tentatione probatus fuit: nunc cogitavi, dixi illi Dominus, quod times Deum. Quid S. Augustinus interrogat, nunquid antea cor, & amor famali sui Dominum latebat? Nec ita sane, sed Abraham ignorabat adhuc, quousque evaluus esset amor, quo Deum diligebat; voluitque Deus, hunc ab illo ea in occasione cognoscere. Cum autem illic non agamus de tentatione, quatenus est periculum virtutis nostrae a Deo factum; sed quatenus nos in crimen adducit, atque excitat a demone, qui nobis, omnibusque creaturis nostris utitur, ut nos fallat, & perdat, non loquimur de tentationibus Jobi, Tobiae, veterumque Patriarcharum, quorum fidem pluribus tribulationibus Deo placuit experiri.

S. Patriarcha Joseph procul dubio maximum et probatissima fidelitatis exemplar, quod in veteri testamento nobis occurrat. Neminem latet, quas illecebras, promissiones, minaque misit Pharaonis uxor, ut adolescentem in stuprum alliceret. Nulla unquam fuit hac periculosior tentatio. Hinc quidem Joseph erat adolescens, atque ea aetate, quae prior est in voluptatem, eratque in illo non secus ac in aliis hominibus haec propensio, & omnium tentationum principium, quod ipsi concupiscentiam vocamus; inde vero a fratribus venditus se ipsum ad humilem mancipii conditionem redactum videbat; ubi omnia sibi erant metuenda ab imperio femina, nisi illius voluntati obsequium fuisset, quae pollicebatur futurum, ut tanquam Dominus illius haberetur, atque libertate donaretur, adjectis, secretis, impunitatis, maximarumque remunerationum promissionibus, hisque omnibus, quae mulier improba ad illius labefactandam fidem aptiora arbitrabatur. Sed adolescens, cui semper ob oculos Dei timor fuerat obversatus, omnibus hisce sollicitationibus nil reddidit aliud, praeter haec verba: Quomodo hoc possum malum facere, & peccare in Deum meum? Gen. 39. Non aliis usus est armis, quam fuga, relinquens pallium suum in manibus impudicae, illum detinere, ac ne elaboraret sibi, prohibere aditantis.

E contra humanae infirmitatis exemplum habemus in persona David. Hic vir secundum cor Dei, invitatus. David post tot relatas victorias, atque Saulis persecuciones exultans forsutus oculos aciem imprudens

Quomodo Deus tentavit S. Patriarcham Abraham.

Exemplum S. Patriarchae Joseph in stuprum illatum.

gens coniecit in Bethsabeam, quam de regia domus solatio in balneo prospexit...

Dei filius tentari voluit, ut nos doceret tentationes vincere.

Mirum profecto esse debet, videre demonem cum J. C. praelium ineuntem, atque frustra conantem de illo eam referre victoriam quam de omnium mortalium parente reportavit.

Postquam magis terribile exemplum habere lapsium, in quos per demonis nequitiam, & comatus impingimus, nisi divina ope sustinamur...

Quomodo S. Paulus tentatus fuerit, & cur.

Magnus Apostolus S. Paulus tentatus fuit, ut in seelus, illudque turpissimum petreheretur, ne, ut ait ille, magnitudine revelationis intumesceret...

Magni veteris novique legis sancti tentati fuerunt.

Scriptura sancta, & ecclesiastica historia abundant exemplis sanctissimorum virorum, qui, licet sibi met diligentissime caverent, tamen lapsi sunt...

Applicationes quorundam Scripturae locorum huic argumento.

Demoni videri nostrae carni adhaerere ut nos tentet.

Demon est mihi stimulus carnis meae angelus sathanae, qui me solapizet. 2. ad Cor. c. 11. Noone mirum est, ab Apostolo carnem, cujus rebellionem experiebatur, Angelum sathanae appellari...

quis adhaerere hominibus, ut omnes illos, vel peccat, vel saltem tentet; & quemadmodum ad eam nuntiatio quadam identitatis inter sanctam humanitatem, ac personam divinam, per quam dicitur Deum hominem esse, & hominem Deum...

Idem homicida erat ab initio. Joann. 8. Dicitur a S. Joanne dicitur homicida, non solum, inquit, quidam sancti Patres inquit, quia in ipsis mundi primordiis impulsit Cain, ut fratrem suum occideret...

Idem homicida erat ab initio. Joann. 8. Dicitur a S. Joanne dicitur homicida, non solum, inquit, quidam sancti Patres inquit, quia in ipsis mundi primordiis impulsit Cain, ut fratrem suum occideret...

Vide aliam legem in membris meis repugnarem legi mentis meae. &c. ad Rom. 7. Si mihi apud Philophos esset sermo, facile ex eorumdem principibus ostenderem, homini necessario secum esse pugandum.

Adversarius noster diabolus, tanquam leo vagans circum quaerens, quem devoret. 1. Petri c. 5. Ut sciamus, quomodo nos diabolus tentet, consideranda sunt duo nomina, quibus in Scripturis vocatur, & quae duas praecipuas indignant formas, sub quibus se se exhibet nobis...

Arma militis nostri non carnalia sunt, sed potentia in Deo. 2. ad Corinth. 10. Quomodo corruptibili carne sumus induti, tamen eo in bello, quod vitium & concupiscentiae carnis indiximus, carnalibus armis non utimur...

Nullum certius argumentum est, quod demonis nulli sua nobis, quam si nos acerrime oppugnant. Joannes Climac.

Si tentationi non solite resistitur, eadem, qua nutritur, mora reboratur. Greg. 21. Moral. c. 8. Magna contra diabolum arma sunt, in suis viribus studium non habere Castitatem, in Psalm. 42. Pervigil ille tentator esse acerrimus pulsus insidias, quae maxime videri abstinere a peccatis. S. Leo in Serm. Dementi aliquando auctore permittitur, ut a Christi fidelibus majore gratia vincatur. Idem, in quadam Epist.

PARAGRAPHUS IV.

Locis, & sententia Sanctorum Patrum, altiorumque hujus argumenti.

Uplacem aciem producit mundus contra milites Christi: blanditur enim ut decipiat, terret ut spargat. August. in Serm. de sancto Vincentio.

Tantum permittitur demoni tentare, quantum tibi prode est.

Cur demoni exeghe dicitur homicida.

Juge bellum spiritum inter, & carnem.

Quibus armis utendum ad tentationes vincendas.

de se ut exerceatis, ut probetis, ut qui se nescitis, a se ipse inveniat. Idem, in Psalm. 61.

Si nunquam tentaris, nunquam probaris: nam melius est tentari & probari, quam non tentatum reprobari? Idem in Psalm. 144.

Deus tentat ut doceat, diabolus ut decipiat. Idem, Serm. 70. de Tempore.

Permissit Deus tentari, quia probatur & exercetur virtus, & est palma gloriosior non consensisse tentatum, quam non potuisse tentari. Idem, lib. 11. de Genesi, c. 6.

Magna laus non est, si homo non peccat, quia non tentatus est. Idem, in Dialog. ad Orosium.

Magnum praelium nobis est, hostem non videre & vincere. Idem, in Psalm. 142.

Ideo tentatus est Christus, ne vincatur a tentatione Christianus. Idem, in Psalm. 90. Serm. 7.

Aligatus est diabolus, ne faciat quantum potest, ne faciat quantum vult: tantum tentare sinitur, quantum capitis proficietibus. Idem, in Psalm. 43.

Ad mensuram permittitur tentare diabolus. Idem, in Psalm. 90.

Lactantius, adjuvabo, vince, coronabo. Id. in Pl. 59. Nemo sibi innoxius nisi tentatus. Idem, in Pl. 60.

Nisi Christus tentaretur, sibi tentato magisterium vincendi non haberet. Idem, in Pl. 59.

Alter tentator non vincitur, nisi contemnitur. Idem, Serm. 4. de Verb. Domini.

Alter Deus, alter diabolus tentat: nam diabolus tentat ut subvertat, Deus ut cororet, & probet. Ambros. lib. de Abraham.

Si quando tentaris, cognosce quia paratur corona. Idem, in Lucan cap. 4.

Tibi contra diabolum dimicanti Deus parat aeternae coronae. Idem, in quadam Epist.

Impossibile est humanum animam non tentari. Hieronym. lib. 4. in Matth. cap. 26.

Christus tentari voluit ut diabolum vinceret, & discipulis conculcandum traderet. Idem, in c. 4. Matth. Cui nomina mille, mille nocendi artes. Idem.

Videe magnitudinem tentationis, videe magnitudinem virtutis. Idem (Loquitur de sancto Job)

Diaboli tentationibus obtundendum est, nec coluber favori debet, donec in serpente ferretur. Cyprianus, Serm. de Jejun.

Nihil contra nos adversarius potest, nisi Deus auge permiserit. Idem, de Orat. Dominica.

Ipsa Christus lactatur in nobis, ipse congruitur, ipse in certamine agens nobis, & coronat pariter, & coronatur. Idem, Epist. 9.

Victoria demonis magis est expectanda de sanctis. Hilarius, in c. 4. Matth.

Humani est in corde tentationem pati: demoniacum vero est in tentationibus certamine, & operatione superare. Gregorius, in Pastoral.

Demon singularis hominibus vitii consuetudinibus insidiat. Idem, 29. Moral.

Hic tentatio ad probandam fidem, ad exercendam virtutem, ad augendum meritum mittitur. Chrysof. lib. 1. de Provid. Dei.

Hic maximum sit nobis indicium, quod Deus nostri curam gerit. Idem, Homil. 32. in Genes.

Ne quis altero tentationibus se offerre audeat. Idem Hom. 13. in Matth.

Carnem habemus innatum demonem, omnia prava suadentem. Idem, in Matth.

Per tentationem corporis excutitur, & sanctus fervor immittitur. Chrysof. tract. de Penitent.

Ut gubernatorem navis semper, adestam studium, militem acies, magnanimum calaniam, sic Christianum hominem tentatio probat. Basil. orat. 11.

Unum hoc bellum agnoscimus, quod cum adversariis potestatis committitur. Gregor. Nyssenus, Hom. in Psalm.

Diabolus blanditur ut fallat, arripit ut nocent, allicie ut occidat. Cyp. lib. de hab. Virg.

PARAGRAPHUS V.

Quid ex Theologia tenu hoc in argumento valde deponi.

Tentari, eo in sensu, in quo vulgo accipitur, atque hoc in loco intelligitur, est excitari, & sollicitari ad peccatum fructione, vel spe boni allicijus apparentis, quod nos deducere, & in vitium impellere possit. Ita tentatio est cogitatio, vel suggestio noxia allicijus cupiditatis prolecta vel a demone, qui omnes exercit conatus suos; ut nos perdat, vel a concupiscentia nostra, qua egra sensibilia rapitur bona, vel a mundo, creaturis, externisque objectis, quae nos alliciunt, fascinant, seducunt.

Duo tentationum genera in Scripturis deprehendimus, quarum altera bona est, atque ad bonum, & utilitatem nostram immissa, altera vero mala, qua eo tendit, ut nos fallat, ac perdat. Prima ad Deum attinet, qui virtutis nostrae periculum facit, non quod illum ignoret, sed, ut S. Augustinus ait, ut hanc alii praebeat cognoscendam, ac in lucem adducat. Hoc consilio tentavit Abraham, ac experiri voluit Jobi virtutem, atque fidelitatem; itaque, uti S. Thomas animadvertit, tentatio proprie periculum significat. Quamvis autem improbus spiritus hanc mentem nos possit tentare, tunc quidem adversus, exploraturus utrum ita adhaereamus Deo, ut labellatari nequeamus infortunis; nunc vero prosperis, periculum facturus, utrum insolentia afferamur, an voluptatibus indulgeamus; hoc tamen in sensu, & significatione tentationem tunc tantum accipimus, cum tentamur a Deo. Alterum tentationis genus, quod est evitandum, ac impugandum totis viribus, cum inviti laceffimur, atque urgemur, semper mala quidem est intentione demonis sollicitatis, nobis vero semper est periculosa, eaque vulgo ab auctore nomen desumit, atque tentatio demonis appellatur; seu ille nos immediate per se, seu per carnem nostram, seu per externa objecta sollicitat. Nam licet tres hi salutis nostrae inimici nos aliter oppugnent, & singuli peculiare habeant tentationes, hoc semper fit vel sollicitatione, vel arte demonis, qui in Scripturis solus tentatoris nomine appellatur.

Cum sepe expedit homines tentari, ut illis mendi, & demones rubore suffundendi praebeatur, caso, inselicitissimis spiritibus permittit Deus, ut nos suis tentationibus urgeat; sed in hoc illius emicat Providentia, quod non sinit, nos ultra vires nostras tentari, quemadmodum S. Paulus testatur, quod vim tentationum moderatur, easque hominum aptat infirmitati; ac demum quod nobis suppeditat vires, atque auxilia ad eas superandas necessaria. Ita ut licet demones semper habeant obtinam nos perendi voluntatem, Deus non semper illis nos tentare permittit; quia talis est hominum inconstancia, & aliquando quibusdam in occasionibus, ac infidelibus dispositionibus invenitur, ut si tunc tentaretur, certissima demonis incurfus superaretur. Hoc autem peculiare subsidium a Deo in dominica oratione petimus per ea verba: Et ne nos inducas in tentationem. Matth. 6. Petimus autem, ut si nos tentari permittit, non ideo nos tentationibus superari permittat.

Satis intelligemus, quantum caelesti egeamus auxilio, si hinc quidem infirmitatem, atque ignorantiam nostram perspexerimus, ac illa Salvatoris meminerimus verba: Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma; inde vero cogitaverimus vires, ac multitudinem inimicorum nostrorum, qui in duas veluti acies divisi sunt; alii enim interiores sunt, atque domesticii, nostrae videlicet affectiones, quae ex cupiditate oriuntur, & quae in nobismet ipsis robur habent suum; quam difficultatem ipsi experiemur illis resistentem, eas impugnantem, atque vincentes. Alii externi sunt, quos S. Paulus ad Ephel. 6. indignavit, cum inquit, non esse nobis colluctandum adversus carnem, & sanguinem, sed adversus principes, & potestates, adversus mundi rectores, tenebrarum harum, contra spiritualia nequicia in caelestibus, videlicet praeter interiora affectuum nostrorum certamina sublinendos esse incurfus demonum subdolorum, terribillimumque inimicorum, qui nos exterius laceffat, & perferendas impressiones exteriorum ima-

Quid sit tentatio, & quid sollicitatio.

Tentatio in propria significatione duplex est.

Subsidium a Deo petendum, ut nos tentationibus superari permittat.

Vis inimicorum, cum quibus nobis pugandum est, & periculis, quibus sumus obnoxii.

Imaginum, quibus imaginationem nostram perturbant; nam modo palam vi facta nos petunt, modo clam & sensim, ac sine sensu in animas nostras irruunt, ut vix nobismet ab eorum actu cavere possimus.

De fide est contra Pelagium in Diospolitano Concilio in Palestina statutum, nos ex nobismet ipsis, & ex arbitrio proprii viribus non posse resistere tentationibus, ad quas superandas indigemus actuali subsidio gratia, quam Dei filius nobis promeruit. Quomobrem in hac impotentia nostra confessione a nobis exercendum est saluberrimum illud monitum, quod Salvator Passiois suae tempore Apollolis tradidit; *Grate ut non intretis in tentationem.* Matth. 26.

Notandum est, tentationibus tradi non aliud esse quam illis cedere. Duplici autem modo cedimus tentationi: primum cum deserentes bonum in malum labimur, in quod nos impellere conabatur ille, a quo tentamur. Deus hoc pacto neminem tentat; neque enim esse potest causa peccati alicujus, & e contra odit eos omnes, qui operantur iniquitatem: quomobrem S. Jacobus c. 1. inquit: *Nemo enim tentatur, dicitur, quoniam a Deo tentatur, Deus enim in tentator malorum est.* Secundo ille censetur nos tradere tentationi, qui licet per seipsum nos minime tentet, non prohibet nihilominus, ne tentemur, & ne cedamus tentationi. Hoc pacto Deus aliquando veros bonos tradit tentationi, nam quemadmodum illos nunquam omnino deserit, nullique sustinet gratia, quae semper satis sunt ad prohibendum, ne cadant, ita nonnunquam illos sibi ipsi derelinquit, ut illos humiliet, eorumque ponat auidaciam, quod accidit S. Petro, cui gratia omnino non desuit, sed cui desuit particulare subsidium, quod Deus peculiariter tradit, cum petitur.

Hac certissima veritas est, vitam hanc sine tentationibus traduci non posse, nam juxta Scripturam sententiam: *Militia est vita hominis super terram.* Nos circumdantque obident hostes, intra, & extra nos; visibiles, & invisibiles; mundus, & exteriora objecta nobis jugiter suppeditant peccati occasiones, ideoque etiam tentationes. Concupiscentia perturbatio alius est fons tentationum; quinimo indefinenter rebelliosis suis contra spiritum nos ad peccatum sollicitat, demon indefinenter nos urget; & Deus ipse more suo nos tentat, licet hic nos ad nostram tenet utilitatem.

Cum nobis de malis tentationibus loquendum sit, de illis videlicet, quae nos in malum, & ad Dei legem infringendum impellant, in hujusmodi tentationibus tria sunt consideranda, videlicet suggestio, voluptas, & consensus. Suggestio nihil est: immo fieri potest victoria nostra materia, eamque Deus ad nostram utilitatem permittit. Voluptas est aliquid, & licet modicum in ea periculum, periculum est, ne sit mortale peccatum. Sed consensus omnia facit; & quemadmodum non admodum vel a consensu voluptas, vel a voluptate distat suggestio, periculi evitandi ratio est, quam primum suggestionem hanc amovere, nisi queat evitari.

Demon, ut nos seducat, & in peccatum impellat, duplici utitur via, persuasionem videlicet, ac dispositionem. Persuasionem utitur, cum interiores hominis facultates fallere admittit: 1. intellectum, cum aeternam veritatem loco fallaces illi imprimit opinionem, quae cum ex pravus deducta sint principis, non nisi perniciosa producere possunt illusiones. Ita cum primos Parentes nostros seducit, sese in lucis Angelum transformavit, eoque sub falso, & specioso praetextu commentitia divinitatis illexit. Deinde voluntatem eorum vincit, amorem eis, qui Deo debetur, in creaturam rerum amorem confundens, offendit illis Deum tanquam remotum aliquod objectum, & in ejus locum creata bona substituit: efficit, ut supremum bonum in opum possessione, & voluptatum per frustione conquirant: cumque objecta haec sint praesentia, aeterna vero bona procul absint, amovet cogitationem a futuris bonis, quae sunt invisibilia, ut cor ad haereticam praesentibus, quorum voluptate frui in illis esse possunt. Haec misera sunt effata, quae flagitiosis hominibus inspirat, & persuasionis, via qua utitur eos tentaturus. 2. Dispositionem viam ad eos tentandos loquitur, cum homines ad iram, invidiam, odium, & ultionem provocaturus, eorum sensus perturbat, facinat deos, corporis humores agit, calescit imaginationem, excitat, atque inflammat somitem concupiscentiae, quem intra seipsum gerunt, totius hominis interioris, exteriorisque rationem sub-

Sine gratia subsidio tentationibus resistere non possumus.

Quid sit tentationibus tradi, & quo labimur, in quod nos impellere conabatur ille, a quo tentamur.

In tentatione tria notanda sunt.

Demon nos tentaturus duplici modo efficit vitam.

vertit, ita ut nisi eorum voluntas sibi caute invigilet, jam semivicta sit, omniaque sint ad eam perendam disposita. Illa eo in statu sita est, ubi nisi confugiat ad Deum, saepe tentatione superabitur, clademque suam evitare non poterit.

Præcipuum demonis tentantis robur in artibus ejus consistit. Plures illa quidem sunt, sed tres potissimum, quibus homines seducit. Prima est prohibere, ne prospiciant, atque cognoscant malum, quod est in scelere ab illis patrando: e contra vero illis ad vivum exhibet hanc quidem dulcedinem voluptatis peccati longe majorem, quam sit; inde vero laborem, atque resistendi difficultatem, quam illis maximam, & non ferendam representat. Ars altera est; peccanti venia facilitate proponere, ac persuadere futurum, ut aliquando agat poenitentiam, & ad id neque tempus, neque necessaria subsidia defutura. Tertio, ubi tentationibus victi occiderint, fallacem, miseramque hanc in mentem immittit, fieri non posse, ut a peccato abstinere, ac resistere iis tentationibus, quae in illud impellunt.

Cum mirum videri possit, permittere Deum, ut homines tententur, quandoquidem tentationes passim causa sunt eorum lapsus, atque interitus; persuasum hoc nobis esse debet, id novissis justis ob causis permitti; ac hujusmodi tentationes utiles esse saltem in intentione Dei eas permittentis. 1. Ut periculum faciat virtutis nostrae, eamque in lucem adducat, quod acceptus erat Deo, dixit Angelus Tobie, necesse fuit, ut tentatio probaret te. 2. ut ipsi nostram sententiam infirmitatem, & quomodo diffidere debeamus de nobismet ipsis, ac param in virtute nostra confidere. 3. ut ad illum confugere teneamur; experientia quippe nostra imbecillitatis, qua adeo potentibus inimicis resistere non possumus, felicem nobis injicit necessitatem ad eum confugiendi, qui unus totum robur nostrum constituit. 4. ut nos purificet; nam Spiritus sanctus testatur, quemadmodum aurifex emandat, ac probat aurum, ita hominem iustum magis, magisque emundari. 5. ut nobis tribuat occasionem exercendi, & acquirendi virtutes; neque enim acquiri possunt, nisi exercantur, neque melius exerceri possunt, nisi in tentatione. 6. ut nobis modum præbeat merendi coronam caelestem; neque enim mereri possumus illam, nisi pugnamus, & ibi nulla pugna est, ubi nullus est hostis. 7. ut nos eruat ex quadam ignavia, et periculo securitatis, qua nos detinet nimium diuturna pax, atque ut vigilantiam, fervoremque nostrum excitet.

Ut vero tentationem superemus, oportet, 1. tentationis locum non dare, juxta Apostoli consilium: 2. cum nos tentari cognovimus, nobismet persuadere, illam a demone proficisci; quod satis est, ut illam perhorreamus. 3. Tentationi anrem non præbere, sed statim ab eadem cum celestitate recedere, quasi incauti candens ferrum fortuito attingeremus. 4. Non immorari animo revolventes tentationis subjectum, praesertim cum de impunitate agitur, sub praetextu ad examen revocandi, utrum in eo immorari fuerimus. 5. Tentationes quaedam repellenda sunt hosti occurrendo, veluti cum irascimur, quadam vero fugiendo, veluti cum ad impunitatem provocamur. 6. Magna opus nobis est vigilantia, ac uti debemus cogitatione praesentia Dei, aeternarumque veritatum.

Quandoquidem dicimus, tentationem saepe utilem esse, ideoque Deum illam permittere, alicui videri possit, illam ergo cupendam, & requirendam esse ob ea promerenda bona, quae inde percipi possunt; sed ex plurimorum Sanctorum Patrum sententia hic error est, & S. Basilii nobis tanquam disciplina, & christiana pietatis regulam proponit fundamentum suum in evangelio habentem, nunquam nosmet tentationibus obici debere, sed eorum expectare tempus, atque nosmet contra illarum incursum praemuniere. Cum nequaquam certi sumus victoriae, ac semper de viribus nostris diffidere debeamus, insignis esset temeritas, ac praesumptio sese tentationi exponere, ejusque occasiones conquirere.

Inde hac in re plurimi stillantur, quod minime sentiant pravus impressiones, quas periculosa objecta faciunt in ipsis; unde argunt hanc pro se tentationem non esse; sed ignorant illi varios esse tentationum gradus, quorum primum sensum fallunt. Non statim ad maximam mentis, & cordis corruptionem transitus fit, ac semper plurimum nocet animis, ubi assuetudine sine horrore periculosa recipere objecta, immo non sine quadam oblectationis specie illa inveniunt.

Vulgatioris demonis artes in tentationibus.

Rationes, propter quas permittit Deus homines tentari.

Ratio tuto vincendi tentationes.

Generaliter loquendo tentatio querenda non est.

Ratio, propter quam saepe tentationem ipsam non tentamus.

PARAGRAPHUS VI.

Delecti ex Aesteticis, recentibusque rationatoribus loci hujus argumenti.

Dei filius tentari voluit, & cur.

Vix crederemus, Jesum Christum demoni permittere voluisse, ut ipsum tentaret, si nesciremus hunc hominem Deum, cum nostrum sit caput, atque exemplar, voluisse nosmet in persona sua exhibere, ac ostendere, cum ipse etiam hunc inimici impetum sustineret, nos, quocumque in statu simus, a tentationibus immunes esse non posse. Mirum profecto est, eum, qui venit in mundum, ut adoraret Deum Patrem suum, cui in omnibus aequalis est, hodierna die idololatriae nomine tentari: eum, qui semper fuit pauper, & ne habuit quidem, ubi caput suum reclinare, tentari avaritiae: eum denique qui venerat, ut viam austeram, & mortificatam duceret, gule tentari. Quanta hac Deo fuit humiliatio? Sed nihil est, qui sese submittere recusat, ut nobis esset exemplar, utque doceret, quomodo tentationibus superanda sunt. *Soli sermone pro prima Quadragesima Dominica.*

Qui conversionem meditantur, plerumque violentur quam alii tentantur.

Nulla ars est, nulla vis, qua non utatur demon eam tentaturus animam, quae serio converti cupit; etenim si non deterrita iis difficultatibus, quas illi proponit, suum exequitur consilium, nova hac vita inimici furorem irritat; & quemadmodum Pharaon auxilios Israelitarum, cum arbitratus est, illos dominacionis ipsius jugum excutere velle, ita demon recentem proponit difficultatem illis, qui eum resistitur fuit, vel qui eum seipsa relinquerunt, eisdem immutans tentationes, & frequentiores, & vehementiores, quam ante. Statim ac anima sese patientiae aquis abluit, demon ad illam accedit, quemadmodum accessit ad J. C. ubi a Jordane egressus est: *Accessit ad eum tentator.* Matth. 4. Hoc fuit explicat a S. Gregorio decimo nono libro Moralium. *Item.*

Demon explorat studia eorum, quos tentare vult.

Explorat diabolus studia eorum, quos tentare vult, hilarum sunt ingenio? palpat illos suggestionem voluptatis, quae vulgo comes est individui hilaritatis & ad hac voluptate illos ad noxia impellit commercia. Sunt morosi, ac tristes? quemadmodum trinitia hac saepe in iram, & impatientiam degenerat, illos ad diffensionem, atque discordiam adducit. Timidum sunt, & ob levissimas causas trepidant? eorum titillat pavore, ut augeat obices, quos in exercitatione virtutis inveniunt. Superbo ingenio sunt? suscitator adulatoris, qui laudent illos; & si eas contemnerent laudes simulat, quae tribuantur sibi, efficit, ut illi se dignos saltem istdem esse persuadeant. Etenim quid interest demonis, utrum in hac, vel illa pertrahat scelera, dummodo eos alicujus criminis efficit nocentes? Quid interest, quomodo illis tendat laqueum, dummodo in illam impingat? *idem.*

Qualitates demonis tentantis.

Demon semper est metuendus in iis tentationibus, quibus nos laesit. Ille merus est spiritus, ideoque tentationes illius calidae sunt, ac delicate: *Non est nobis colluctatio adversus carnem, & sanguinem; sed... contra spirituales nequitias.* S. Paulus inquit, hoc est, contra spirituales nequitias, vel, ut nonnulli ajunt, contra spiritualitatem, nimiamque subtilitatem nequitiae. Hic indelesus est hostis, alius quilibet inimicus praesidi diurnitate sentit, & vires suas, & resistit eorum, quos aggreditur, deficere; sed hic nunquam fatigatur, vel infirmatur. Nos tentat interdia, nos tentat nocturno, in societatibus, aequae in solitudinibus, in negotiis aequae, ac in quiete, ipse vero nunquam fatigatur. Spiritus est pertinax, qui nunquam cessat. Ars hac illi non creditur tententia? Ad aliam sese convertit. Haec quoque in iram eedit, tertium meditatur, atque ita cum homine inducias pacis nequit, ut nequit natura sua improbitatem relinquere. Quam igitur ob haec omnia metuendus est! Quam iure querebat ergo Salvator, ut quotidie ex Patre ipsius peteremus gratiam, ne tentatione vinceamur; & ab hoc spiritu nequam liberaremur! *idem.*

Demon primo statim impetu nequaquam graviora nobis scelera proponit; atque hac arte cum ipso Dei filio usus est.

Primum quidem fuit, ut famem levet suam miraculo: quid hoc innocentius; vel quid in speciem hoc magis indifferens videri potest? Mox inanem gloriam eum tentat; eique persuadere conatur, ad magnum sibi neminem celebritatem comparandam satis esse, si se de summo templi vertice

deorsum praecipitem coniciat ab Angelis suis sustentandam; ac tandem illi maximum proponit facinus, quale est creaturam rerum omnium turpissime eum adhibere cultum, qui Creatori dumtaxat debetur. Quid hoc sibi vult? nisi quod eandem etiam cum hominibus adhibet artem. Vult ille, exempli gratia, aliquid sceleratorem, ac furem efficere? non ille quidem statim persuadet, ut utraque manu rapias, & quocumque pretio distecat, sed ob cupias ejus representat filiorum numerum, conditionis, ac miseriae ejus duritiam. Tempus malum est, cui te immiscere potes; alii plures, qui te pauperiores erant, locupletati sunt; eam aggredere, ne metus, ac omnia sine conscientia tua laque transigantur. Hinc vero quid accidit? illud, quod Jude. Primum quidem eas tantum colligebat elemosinas, quae filio Dei tribuebantur; inde oborta est levis alicujus lucelli tentatio; demum vero ita misere cessit tentationi, ut magistram suam vendiderit, atque furto Dauidicium adiecit. *idem.*

Dei filius nulla tentatione poterat labefactari. Cur ergo demoni permittere voluit, ut tentaretur? nisi ut ostenderet, tentationem a Christiano evitari non posse, quemlibet eam expectare debere, ac sese illi preparare, ac modum edam resistendi non esse opinari, se tentatum non iri, sed a Jesu Christo discere, quid faciendum sit ad tentationes superandas. Hoc jam nos palam docuerat Sapiens per haec verba: *Fili accedens ad servitium Dei sit in justitia, & timore, & prepara animam tuam ad tentationem.* Eccli. 2. Haec est lex generalis, quam mortalibus omnibus proponit, atque inviolabile praecipitum Dei, quod illis explicat, cujus voluntas est, ut pueris, qui ante rationis usum decedunt, exceptis nemo nisi pugnamus, atque de demonem victoriam referendo salvetur. *Ex Specimine Exhibitorum in Evangelium prima Dominica in Quadragesima.*

Si jejunium non est explicitum, quod nobis Jesus Christus irrogaverat, praecipitum, hoc passim necessarium est ad tentationes superandas administrandum; ac nullus superandi locus est futurus, ut aliter restas, quam hoc modo, cujus jejunio suo nobis Jesus Christus praebuit exemplum. Haec de causa illud nobis praecipit ecclesia, ut Christianis locum praebet exercendi id, quod aliquando erat necessarium ad tentationum impetus infringendos. Ex modico eorum numero, qui vel generale, vel etiam particulare jejunium exercent, judicari potest de clade, quam in mundo diabolus parit, & quanta facilitate ab eo vincantur animae, quae saluberrimo hoc praesidio se munitae continentant. *idem.*

Cum S. Augustino lib. 6. de Civit. cap. 32. dicere possimus, tentationem homini ostendere infirmitatis illius magnitudinem. Ante praesidium ne unus quidem miles est, qui se non putet intrepidum. Sentirene vult imbecillitatem suam? inveniatur satis est inimicum, qui vim faciat, & oblectetur: nonne statim contremiscit? nonne expallescit? & saepe etiam nonne fugit? Hoc ipsum nobis accidit. Pater idem ait: homo homini ignotus est; non cognoscit, quid sit in seipso; sed ingruit tentatio, quae est tanquam vox, qua interrogatur, & quae illi respondet non verbis quidem, sed actionibus, & sumit ipsius experimentum. S. Paulus, magnus ille Apostolus, illud vas electionis, vir ille electus a Deo ad evangelium Gentibus praedicandum, Sanctus ille ad tertium usque caelum sublaeus nonne omnem habebat constantiam, omnemque vim, cui in hac vita pares sumus? Non ambigitis, immo illud admiramini. Atamen si illi habemus fidem, voluntas ejus nihil est nisi miseria, & imbecillitas in tentatione. Rebellat ne caro? Angelus ne sathanam illum persequitur? Aegre dumtaxat operatur bonum; ad illud agendum extremam sibi vim facere tenetur; malum vero e contra ipsi fit quodammodo naturale, & quocumque conetur, sese quodammodo trahi in illud sentit. Audite gemitus, quos emittet ob statum miserum, ad quem se redactum esse querebatur: *Invenio legem volenti mihi facere bonum, quoniam mihi malum adjacet: condelector enim legi Dei secundum interiorem hominem. Video autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meae, & captivantem me in lege peccati, quae est in membris meis. Infelix ego homo, quis me liberavit de corpore mortis hujus? ad Roman. 7. Sermo manuscriptor P. Stephani Chamillard.*

Donec mundus erit, semper loquentur homines de Exempla hu-

Dei filius tentari voluit, ut ostenderet, tentationem a Christiano evitari non posse, quemlibet eam expectare debere, ac sese illi preparare.

Jejunium ad tentationes superandas necessarium.

Tentatio efficit, ut non infirmamur.

Exempla hu-